

singulis pro qualitate rerum et numero personarum iussimus assignari, qui per octo dies aquis et aliis necessariis onerarunt, aura prospera salubriter navigantes. Tempus erat adeo domino concedente paratum, quod navigia, in quibus camera nostra et familia post octavum diem prime motionis navium recepte fuerunt, infra dies undecim transfretaverint. 5 Copiam vero navium tantam habuimus, quod pro defectu peregrinorum multa in portu navigia remanserunt. De corruptela vero aeris, que nocuit peregrinis, per quam divina providentia, que previderi non potest ab homine, diversas mundi partes et regni nostri specialiter occulto iudicio flagellavit, nulli magis quam nobis molestum extitit et dampnosum. Nam in propria persona sensimus, de quo aliis condolemus. Post nondum resumpta con- 10 valescentia galeas ingressi fuimus nos et dilectus consanguineus noster lantgravius vestigia precedentium secuturi, ubi tanta subito invasit utrumque turbatio, quod et nos in graviolem recidimus recidivam et idem lantgravius post accessum nostrum apud Hydrontum de medio, proh dolor! est sublatus. In cuius decessu gravius animo consternati pati cepimus vehementer, tam principes quam alias illustres personas orientalium partium, que presentes 15 nobiscum aderant, super nostro transfretationis proposito consulentes, qui viso et inspecto statu persone nostre et quibuslibet circumstantiis indagatis, consulendum de transitu non viderunt. — Datum Capue vi. decembris, indictionis prime.

398.

Erzbischof Sigfrid II. von Mainz schlichtet einen Streit zwischen dem Kloster Breitung und dem Abte Ludwig zu Hersfeld wegen der Abtwahl im Kloster zu Breitung. — Zeuge: Landgraf Heinrich. 20 1227 Dez. 21.

Hdschr.: Or. Perg. Staatsarchiv Marburg. Das S. des Erzbischofs, an grünen und rothen Seidenfäden, etwas beschädigt, das zweite S., an grünen Seidenfäden, verloren; das an grünen Seidenfäden wohlerhaltene S. mit der Umschrift: SIGILLVM SANCTE MARIE IN BVRCBREITG.

25 *Gedr.: Kuchenbecker, Analecta 12, 295 u. 339. Böhmer-Will 558.*

— — Testes sunt: Henricus abbas sancti Petri, Cvnradus prepositus, Guntherus decanus, Ludewicus scolasticus sancte Marie, Ditmarus decanus sancti Seueri Erphordenses. Henricus prepositus Pinguensis. Arnoldus scolasticus sancti Petri in Maguntia. Laici: Henricus lantgravius Thuringie. Hermannus comes de Orlamundi. Henricus de 30 Suarzburg. Ditricus de Hoinstein. Henricus et Ernestus de Glichin. Ditricus de Bercha comites et alii quam plures. Acta sunt hec anno gratie M. cō. xxvii., indictione xv̄, xii. kal. ianuarii, pontificatus nostri anno xxvii.

(SFR.)

(SD.)

(S.)